IHS

# ELEIZ ABESTIAK

BEASAIN'EN
Leonardo Zunzunegi'ren etxean
1931'garren urtean

SANCHO EL SABIO

M-13769
R-37625
ATV
18.934

IHS

# ELEIZ ABESTIAK

BEASAIN'EN
Leonardo Zunzunegi'ren etxean
1931'garren urtean

BEAR DAN BAIMENEZ

†

# Meza nagusitarako

## ASPERGES

ASPERGES ME, — Dómine hyssópo, et mundábor; lavábis me, et super nivem dealbábor. — Miserére mei, Deus—secúndum magnam misericórdiam tuam. — Gloria etc. — Sicut erat, etc. — Asperges me, etc.

℣. Ostende nobis Dómine misericórdiam tuam (alleluia).

℟. Et salutare tuum da nobis (alleluia)

℣ Dómine exaudi orationem meam

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dóminus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.—Oremus...

(Pasko egunetik Trinidade-arte.)

VIDI AQUAM. — Egredientem de templo a látere dextro, alleluia: et omnes, ad quos pervénit aqua ista, salvi facti sunt, et dicent, alleluia, alleluia.—Confitémini Dómino quóniam bonus; — quóniam in séculum misericordia ejus.—Gloria, etc.—Vidi aquam, etc. . .

℣. Ostende nobis etc. (Asperges-en bezela).

## MEZA

Kyrie eleyson.-Kyrie eleyson.-Kyrie eleyson. - Christe eleyson. - Christe eleyson. - Christe eleyson. - Kyrie eleyson. - Kyrie eleyson. - Kyrie eleyson.

### Gloria in Excelsis Deo

Et in terra pax hominibus bonæ voluntátis.—Laudamus te.—Benedicimus te.—Adorámus te.—Glorificamus te.—Gratias ágimus tibi propter magnam glóriam tuam. — Dómine

Deus, Rex Cœlestis, Deus Pater omnipotens. — Dómine Filii unigénite, Jesu Christe.—Dómine Deus Agnus Dei, Filius Patris.—Qui tollis peccata mundi, misere nobis.—Qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram. — Qui sedes ad dexteram Patris miserere nobis.—Quoniam tu solus sanctus.—Tu solus Dóminus.—Tu solus Altíssimus.—Jesu Christe.—Cum Sancto Spíritu, in gloria Dei Patris.—Amen.

## EBANJELIYOAN

℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.
℣. Sequentia Sancti Evangelii secundum. . .
℟. Gloria tibi, Dómine.

### Credo in unum Deum

Patrem omnipotentem, factorem cœli et terræ, visibilium omnium, et invisibilium.—Et in unum Dóminum Jesum Christum Filium Dei unigéni-

tum.—Et ex Patre natum ante omnia sæcula. — Deum de Deo, lumen de lúmine; Deum verum de Deo vero.—Genitum, non factum, consubstantialem Patri: per quem omnia facta sunt. —Qui propter nos hómines et propter nostram salutem, descendit de cœlis.—ET INCARNATUS EST DE SPIRITU SANCTO EX MARIA VIRGINE ET HOMO FACTUS EST.—Crucifixus etiam pro nobis; sub Pontio Pilato passus et sepultus est.—Et resurrexit tertia die, secumdum Scripturas.—Et ascendit in cœlum; sedet ad déxteram Patris.—Et iterum venturus est cum gloria judiccare vivos et mortuos: cujus regni non erit finis. —Et in Spíritum Sánctum Dóminum, et vivificantem qui ex Patre Filioque procedit. — Qui cum Patre et Filio, simul adorator et conglorificatur qui locutus es per Prophetas,—Et unam, sanctam, cathólicam et apostolicam Ecclesiam.—Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum;—Et expecto resurrectionem mortuorum; —Et vitam venturi sæculi.—Amen.

## PREFAZIO - RAKO

℣. Per omnia sæcula sæculorum.
℟. Amen.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.
℣. Sursum corda.
℟. Habemus ab Dominum.
℣ Gratias agamus Domino Deo nostro.
℟. Dignum, et justum est.
℣. Vere dignum... etc.

## SANCTUS-EAN

Sanctus,—Sanctus,—Sanctus,—Dóminus Deus Sábaoth.=Pléni sunt cœli et terra glória tua.—Hosanna in excelsis.

Benedictus qui venit in nómine Dómini. Hosanna in excelsis.

## PATER NOSTER-EAN

℣. Per omnia sæcula sæculorum.
℟. Amen.
℣. Præceptis salutaribus... etc. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líberanos a malo.

---

℣. Per omnia sæcula sæculorum.
℟. Amen.
℣. Pax Domini sit semper vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

## AGNUS-EAN

Agnus Dei qui tollis peccáta mundi, miserere nobis.
Agnus Dei qui tollis peccáta mundi, miserere nobis.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.

---

℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.
℣. Ite missa est (alleluia, alleluia).
℟. Deo gratias (alleluia, alleluia).

---

℣. Benedicamus Domino.
℟. Deo gratias.

---

℣. Requiescant in pace.
℟. Amen.

# IGANDETA'KO BESPERAK

Pater noster, etc. Ave María, etc.

℣. Deus, in adjutorium etc.

℟. Dómine, ad ajuvándum me festina.

℣. Gloria Patri...

℟. Sicut erat...

*(Alleluia) Laus tibi, Dómine, Rex eternæ gloriæ.*

*Antífona.* DIXIT DÓMINUS.

Disit Dóminus Dómino meo: * sede a dextris meis.

Donec ponam inimícos tuos, * scabéllum pédum tuórum.

Virgam virtútis tuæ emíttet Dóminus ex Sion: * domináre in médio inimicórum tuórum.

Tecum princípium in die virtútis tuæ in splendóribus sanctorum: * ex útero ante lucíferum génui te.

Jurávit Dóminus, et non pœnetébit eum: * Tu es sacérdos in ætérnum secúndum órdinem Melchísedech.

Dóminus a dextris tuis: * confrégit in die iræ suæ reges.

Judicábit in natiónibus implébit ruínas: * conquassábit cápita in terra multórum.

De torrénte in via bibet: * proptérea exaltábit caput.

Gloria Patri, etc.

*Ant.* Dixit Dóminus Dómino meo Sede a dextris meis.

*Ant. 2* Magna opera domini.

Confitébor tibi, Dómine, in toto corde meo: * in consílio justórum et congregatióne.

Magna ópera Dómini: * exquisíta in omnes voluntátes ejus.

Conféssio et magnificéntia opus ejus: * et justítia ejus manet in sæculum sæculi.

Memóriam fecit mirabílium suórum,—mísericors et miserátor Dóminos: * escam dedit timéntibus se.

Memor erit in sæculum testaménti sui * virtutem óperum suórum anuntiábit pópulo suo.

Ut det illis hæreditátem Géntium * ópera mánum ejus véritas et judícium

Fidélia ómnia mandáta ejus—confirmáta in sæculum sæculi * facta in veritáte et æquitáte.

Redemptiónem misit pópulo suo * mandávit in æternum testaméntum suum.

Sanctum et terribile nomen ejus * initium sapiéntiæ timor Dómini.

Intelléctus bonus ómnibus faciéntibus eum * laudátio ejus manet in sæculum sæculi.

Gloria Patri, etc.

*Ant.* Magna ópera Dómini exquisita in omnes voluntátes ejus.

*Ant. 3.* Qui timet Dominum.

Beátus vir, qui timet Dóminum * in mandátis ejus volet nimis.

Potens in terra erit semen ejus*generátio rectórum benedicétur.

Glória, et divítæ in domo ejus * et justítia ejus manet in sæculum sæculi

Exórtum est in tenebris lumen rectis * misericors, et miserátor, et justus

Jucúndus homo qui miserétur et cómmodat—dispónet sermónes suos in judício * quia in æternum non commovébitur.

In memória ætérna erit justus * ab auditióne mala non timébit.

Parátum cor ejus speráre in Dómino,—confirmátum est cor ejus*non commovébitur donec despíciat inimícos suos.

Dispérsit, dédit paupéribus,—justítia ejus manet in sæculum sæculi * cornu ejus exaltábitur in gloria.

Peccátor vidédit, et irascétur,—déntibus suis fremet et tabéscet * deridérium peccatórum peribit.

Gloria Patri, etc.

*Ant.* Qui timet Dóminum, in mandátis ejus cupit nimis.

*Ant. 4.* SIT NOMEN DOMINI.

Laudáte, pueri, Dóminum * laudáte nomen Dómini.
Sit nomen Domini benedíctum * ex hoc nunc; et usque in sæculum.
A solis ortu usque ad occásum * laudábile nomen Dómini.
Excélsus super omnes gentes Dóminus: * et super cœlos glória ejus.
Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat: * et humília réspicit in cœlo, et in terra?
Súscitans a terra ínopem: * et de stércore erigens páuperem.
Ut cóllocet eum cum princípibus: * cum princípibus pópuli sui.
Qui habitáre facit stérilem in domo: * matrem filiórum lætántem.
Gloria Patri, etc.

*Ant.* Sitnomen Dómini benedictum in sæcula.

*Ant. 5* DEUS AUTEM NOSTER.

In exitu Israel de Ægypto, * domus Jacob de pópulo bárbaro.

Facta est Judæa sanctificátio ejus: * Israel potéstas ejus.

Mare vidit et fugit: * Jordánis conversus est retrórsum.

Montes exultáverunt ut aríetes: * et colles sicut agni óvium.

Quid est tibi, mare, quod fugísti: * et tu Jordánis quia convérsus es retrórsum ?

Montes, exultástis sicut arietes: * et colles sicut agni óvium.

A fácie Dómini mota est terra: * a fácie Dei Jacob.

Qui convértit petran in stagna aquárum: * et rupem in fontes aquárum.

Non nobis, Dómine, non nobis: * sed nómini tuo da glóriam.

Super misericórdia tua, et veritate tua: * nequándo dicant gentes: Ubi est Deus eórum ?

Deus autem noster in cœlo: * ómnia quæcúmque vóluit, fecit.

Simulácra Géntium argéntum et auram: * ópera mánum hóminum.

Os habent et non loquéntur: * óculos habent et non vidébunt.

Aúres habent, et non aúdient * nares habent, et non odorábunt.

Manus habent, et non palpábunt:— pedes habent, et non ambulábunt: * non clamábunt in guttere suo.

Símiles illis fiant qui fáciunt ea: * et omnes qui confídunt in eis.

Domus Israel sperávit in Dómino: * adjúto eórum, et protéctor eórum est.

Domus Aaron sperávit in Dómino:* adjútor eórum et protéctor eórum est.

Qui timent Dóminum, speravérunt in Dómino: * adjútor eórum et protéctur eórum est.

Dóminus memor fuit nostri: * et benedíxit nóbis.

Benedíxit dómui Israel: * benedíxit dómui Aaron.

Benedíxit ómnibus qui timent Dóminum: * pusíllis cum majóribus.

Adjíciat Dóminus super vos: * super vos, et super fílios vestros.

Benedícti vos a Dómino * qui fecit cœlum et terram.

Cælum cæli Dómino: * terran autem dedit fíliis hóminum.

Non mórtui laudábunt te, Dómi-

ne: * neque omnes qui descéndunt in inférnum.

Sed nos qui vívimus, benedícimus Dómino: * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

Gloria Patri, etc.

*Ant.* Deus autem noster in coelo: omnia quaumque voluit, fecit.

Paskoaldian

*Ant.* Alleluia, alleluia, alleluia.

Orain apaizak «*Kapitulua*» esaten du, ta *Deo gratias* erantzuten zayo.

---

## IMNOAK

(Post Pentecostem)

Lucis Creátor óptime,
Lucem diérum próferens
Primórdiis lucis novæ,
Mundi parans oríginem:
Qui mane junctum vésperi
Diem vocári præcípis:
Illábitur tetrum chaos,
Audi preces cum flébitus.

Ne mens grávata crímine,
Vitæ sit exul múnere,
Dum nil perénne cógitat,
Seséque culpis ílligat.
Cœléste pulset óstium:
Vitále tollat præmium:
Vitémus omne nóxium:
Purgémus omne pessimum.
Praesta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum.
Amen.

℣. *Dirigatur, Domine, oratio mea.*
℟. *Sicut incénsum in conspectu tuo.*

Magnificat (pag. 20)

---

## HYMNUS

(Tempore Paschalis)

Ad régias Agni dapes,
Stolis amícti cándidis,
Post tránsitum Maris Rubri,
Christo canámus Príncipi:

Divína cujus caritas,
Sacrum propínat sánguinem,
Almíque membra córporis
Amor sacérdos immolat.

Sparsum cruórem póstibus
Vastátur horret Angelus:
Fugítque divísum mare:
Mergúntur hostes flúctibus.

Jam Pascha nostrum Christus est,
Paschális idem víctima,
Et pura puris mentibus
Sinceritátis azyma.

O vera cœli víctima,
Subjécta cui sunt tártara,
Solúta mortis víncula,
Recépta vítæ præmia.

Víctor, subáctis ínferis,
Trophæa Christus éxplicat,
Cœlóque apérto, súbditum
Regem tenebrárun trahit.

Ut sis perénne méntibus
Paschale, Jesu, gáudium,
A morte dira críminum
Vitæ renátos líbera.

Deo Patri sit glória
Et Filio, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sempitérna sæcula. Amen.

℣. *Mane nobiscum Dómine allelúia.*
℟. *Quóniam advesperascit, allelúia.*

MAGNIFICAT (pag. 20)

---

## HYMNUS

(TEMPORE ADVENTUS)

Creátor alme síderum,
Ætérna lux credéntium,
Jesu, Redémptor óminum,
Inténde votis supplicum.

Qui dæmonis ne fráudibus
Períret orbis, impetu
Amóris actus, lánguidi
Mundi medéla factus es.

Commúne qui mundi nefas
Ut expiáres, ad crucem
E Vírginis sacrário
Intacta prodis víctima.

Cujus potéstas glóriæ;
Nomenque cum primum sonat,
Et cœlites et ínferi
Treménte curvántur genu.

Te desprecámur últimæ
Magnum diéi Júdicem,
Armis supérnæ grátiæ
Defénde nos ab hóstibus.

Virtus, honor, laus, gloria
Deo Patri cum Fílio,
Sancto simul Paráclito,
In sæculórum sæcula. Amen.

℣. *Roráte cœli, désuper, et nubes pluant justum.*

℟. *Aperiátur terra, et gérminet Salvatórem.*

Magníficat: * ánima mea Dóminum:
Et exultávit spíritus meus: * in Deo, salutári meo.
Quia respéxit humilitátem ancillæ suæ: * ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.
Quia fecit mihi magna qui potens est: * et sánctun nomem ejus.

Et misericórdia ejus a progénie in progénies: * timéntibus eum.

Fecit poténtiam in brachio suo: * dispersit supérbos mente cordis sui.

Depósuit poténtes de sede: * et exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis: * et divítes dimisit inanes.

Suscépit Israel, puérum suum: * recordátus misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ad patres nostros,* Abraham, et sémini ejus in sæcula.

Gloria Patri, etc.

*Antífona*

℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.
℣. Benedicamus Domino.
℟. Deo gratias.
℣. Fidelium animæ etc...
℟. Amen.

## EGUAŔI-EGUNEKO BEZPERAK

Dixit Dominus, etc. (pag. 9)
Confitebor, etc. (pag. 10)
Beatus bir, etc. (pag. 12)

De profundis clamávi ad te, Dómine: * Dómine, exáudi vocem mean.

Fiant aures tuæ intendéntes, * in vocem deprecatiónis meæ

Si iniquitátes observáveris, Dómine: * Dómine, quis sustinébit?

Quia apud te propitiátio est: * et propter legem tuam sustínui te Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo ejus: * sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem: * speret Israel in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia: * et copiósa apud eum redémptio.

Et ipse rédimet Israel, * ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Gloria Patri. etc.

Memento Domine David, * et omnis mansuetudinis ejus.

Sicut juravit Domino, * votum vovit Deo Jacob.

Si introiero in tabernaculum domus meæ,*si ascendero in lectum strati mei

Si dedero somnum oculis meis, * et palpebris meis dormitationem.

Et requiem temporibus meis docne inveniam locum Domino, * tabernaculum Deo Jacob.

Ecce audivimus eam in Ephrata * invenimus eam in campis silvæ.

Introibimus in tabernaculum ejus * adorabimus in loco ubi steterunt pedes ejus.

Surge Domine in requiem tuam * tu et arca sanctificati onis tuæ.

Sacerdotes tui induantur justitiam, * et sancti tui exsultent.

Propter David servum tuum, * non avertas faciem Cristi tui.

Juravit Dóminus David veritatem, et non frustabitur eam * de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Si custodierint filii tui testamentum meum, * et testimonia mea hæc, quæ docebo eos.

Et filii eorum usque in sæculum, * sedebunt super sedem tuam.

Quoniam elegit Dominus Sion, * elegit eam in habitationem sibi.

Hæc requies mea in sæculum sæculi, hic habitabo quoniam elegi eam.

Viduam ejus benedicens benedicam, * pauperes ejus saturabo panibus.

Sacerdotes ejus induant salutari, et * sancti ejus exsultatione exultabunt.

Illuc producam cornu david,*paravi lucernam Cristo meo.

Inimicos ejus induam confusione, * super ipsum autem efflorebit santificatio mea.

Gloria Patri, etc.

## HYMNUS

Jesu Redemtor omnium,
Quem lucis ante originem,
Parem paternæ gloriæ.
Pater supernus eddidit.

Tu lumen et splendor Patris,
Tu spes perennis omnium.
Intende quas fundunt preces,
Tui per orbem servuli.

Memento rerum Conditor
Nostri quod olim corporis,
Sacrato ab alvo Virginis,
Nascendo, forman sumpseris.

Testatur hoc præsens dies,
Currens per anni circulum.
Quod solus e sinu Patris,
Mundi salus adveneris.

Hunc astra, tellus, æquora
Hunc omne quodcœlo subest,
Salutis auctorem novæ,
Novo salutat cantico.

Et nos beata quos sacri
Rigavit unda sanguinis,
Natalis ob diem tui,
Hymni tributum solvimus.

Jesu tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et almo Spiritu
In sempiterna sæcula. Amen.

℣. *Notum fecit Domínus, alleluia.*

℟. *Salutare suum, alleluia.*

Magnificat (pag. 20)

## ERREGE-EGUNEKO BESPERAK

Salmoak Igandekuak, (pag. 9)

### HYMNUS

Crudelis Herodes Deum
Regem venire quid times?
Non eripit mortalia,
Qui regna dat cœlestia.

Ibant Magi quam viderant
Stellam sequentes præviam:
Lumen raquirunt lumine:
Deum fatentur munere.

Lavacra puri gurgitis
Cælestis Agnus afligit:
Peccata quæ non detulit,
Nos abluendo sustulit.

Novum genus potentiæ:
Aquæ rubescunt hydriæ,
Vinumque jussa fundere,
Mutavit unda originem.

Jesu tibi sit gloria,
Qui apparuisti Gentibus,
Cum Patre et almo Spiritu.
In sempiterna sæcula. Amen.

℣. *Reges Tharsis et insulæ munera offerent.*

℟. *Reges Arabum et Saba dona adducent.*

MAGNIFICAT (pag. 20)

---

## ṘESUṘEZIO EGUNEKO BESPERAK

Salmoak Igandekuak, (pag. 9)
Hymnus (es da egun ontan.)

*Ant.*

Hæc dies quam fecit Dóminus: exultemus et lætemur in ea.

MAGNIFICAT (pag. 20)

## Azenzio eguneko besperak

Salmoak Igandekuak, (pag. 9) bañan azkeneko In exitu Isræl'en tokian ezango da.

Laudate Dominum omnes gentes * laudate eum omnes populi.
Quoniam confirmata est super nos misericordia ejus, * et véritas Domini manet in æternum.
Gloria Patri, etc.

HYMNUS

Salutis húmanæ Sator
Jesu, voluptas cordium
Orbis redempti Conditor,
Et casta lux amantium.

Qua victus es clementia,
Ut nostra ferres crimina?
Mortem subires innocens,
A morte nos ut tolleres?

Perrumpis infernum chaos;
Vinctis catenas detrahis;

Victor triunpho nobili
Ad dexteram Patris sedes.

Te cogat indulgentia,
Ut damna nostra sarcias,
Tuique vultus compotes
Dites beato lumine.

Tu, dux ad astra, et semita,
Sis meta nostris cordibus,
Sis lacrimarum gaudium,
Sis dulce vitæ præmium. Amen.

℣. *Ascendit Deus in jubilatione. alleluia.*
℟. *Dóminus in voce tubæ, alleluia.*

MAGNIFICAT (pag. 20)

---

## Pentekostes eguneko besperak

Salmoak Igandekuak, (pag. 9)

### HYMNUS

Veni Creator Spiritus
Mentes tuorum visita
Imple superna gratia,
Quæ tu creasti pectora.

Qui diceris Paraclitus
Altissimi donun Dei
Fons vivus, ignis, charitas,
Et spiritualis unctio.

Tu septiformis munere,
Digitus paternæ dexteræ
Tu rite promissum Patris,
Sermone dictans guttura.

Accende lumen sensibus;
Infunde amórem cordibus;
Infirma nostri corporis
Virtute firmans perpeti.

Hostem repellas longius,
Pacemque dones protinus,
Ductore sic te prævio
Vitemus omne noxium.

Per te sciamus da Patrem,
Noscamus atque Filium,
Teque utrisque Spiritum
Credamus omni tempore.

Deo Patri sit gloria
Et Filio qui a mortuis
Surrexit, ac Paraclito
In sæculorum sæcula. Amen.

℣. *Loquebantur variis linguis Apostoli. Alleluia.*
℟. *Magnalia Dei. Alleluia.*

MAGNIFICAT (pag. 20)

---

## Korpus eguneko bezperak

Dixit Dominus (pag. 9)
Confitebor tibi (pag. 10)

Credidi propter quod locutus sum.* ego autem humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excesu meo, * Omnis homo mendax.

Quid retríbuam Domino, * pro omnibus quæ retribuit mihi.

Calicem salutaris accipiam, * Et nomen Domini invocabo.

Vota mea Dómino reddam coram omni populo ejus, * presíosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus.

O Domine quia ego servus tuus, * ego servus tuus, et filius ancillæ tuæ.

Diruspisti vincula mea,—tibi sacrificabo hostiam laudos, * et nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi ejus, * in atriis domus Domini, in medio tui Jerusalem.

Gloria Patri, etc.

Beatí omnes qui timent Dominnm,* qui ambulant in viis ejus.

Labores manuum tuarum quia manducabis, * beatus es, et bene tibi erit.

Uxor tua sicut vitis abundans, * in lateribus domus tuæ.

Filii tui sicut novellæ olivarum, * in circuitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicetur homo * qui timent Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex Sion,* et videas bona Jerusalem omnibus diebus vitæ tuæ.

Et videas filios filiorum tuorum,* pacem super Israel.

Gloria Patri, etc.

Lauda Jerusalem Dominum, * lauda Deum tuum Sion.

Quonian confortavit seras portarum tuarum, * benedixit filiis tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem, * et adipe frumenti satiat te.

Qui emitti eloquium suum terræ, * velociter currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam, * nebulam sicut cinerem spargit.

Mittit crystallum suam sicut buccellas, * ante faciem frigoris ejus quis sustinebit.

Emittet verbum suum et liquefaciet ea,*flabit spiritus ejus, et fluent aquæ.

Qui anuntiat verbum suum Jacob, * justitias et judicia sua Israël.

Non fecit taliter omni nationi, * et judicia sua non manifestavit eis.

Gloria Patri, etc.

## HYMNUS

Pange lingua gloriosi
Corporis mysterium,
Sanguinisque pretiosi
Quen in mundi prætium
Fructus ventris generosi
Rex effudit gentium.

Nobis datus, nobis natus
Ex intacta Virgine
Et in mundo cónversatus,
Sparso verbi semine,
Sui moras incolatus
Miro clausit ordine.

In supremæ nocte coenæ
Recumbens cum fratribus
Observata lege plene
Cibis in legalibus,
Cibun turbæ duodenæ
Se dat suis manibus.

Verbum caro panem verum,
Verbo carnem efficit
Fitque sanguis Christi merum
Et si sensus deficit;
Ad firmandum cor sincerum
Sola fides sufficit.

Tantum ergo Sacramentum
Veneremur cernui;
Et antiquum documentum
Novo cedat ritui;
Præstes fides supplementum
Sensuum defectui.

Genitori, Genitoque
Laus et jubilatio,

Salus, honor, virtus, quoque,
Sit et benedictio;
Procedenti ab utroque
Compar sit laudatio. Amen.

℣. *Panem de cœlo præstitisti eis. (Alleluia.)*

℟. *Omne delectamentum in se habentem. (Alleluia.)*

MAGNIFICAT (pag. 20)

## Santu guzien eguneko bezperak

Dixit Dominus etc. (pag. 9)
Confitebor, etc. (pag. 10)
Beatus vir, etc. (pag. 12)
Laudate pueri, etc. (pag. 13)
Credidi, etc. (pag. 31)

### HYMNUS

Placare, Christe, sérvulis,
Quibus Patris cleméntiam

Tuæ ad Tribúnal gratiæ
Patróna Virgo póstulat.
Et vos beáta per novem
Distíncta gyros Agmina,
Antiqua cum præsentibus,
Futúra damna péllite.
Apóstoli cum Vátibus,
Apud sevérum Júdicem,
Veris reórum fletibus
Expóscite indulgéntiam.
Vos purpuráti Mártyres,
Vos candidáti præmio
Confessiónis, éxules
Vocáte nos in pátriam.
Chórea casta Vírginum,
Et quos erémus íncolas
Transmísit astris, Cœlitum
Locáte nos in sédibus.
Auférte gentem perfidam
Credéntium de finibus;
Ut unus omnes únicum
Ovile nos Pastor regat.
Deo Patri sit glória,
Natóque Patris Unico,
Sancto simul Paráclito,
In sempitérna sæcula. Amen.

℣. *Exultabunt sancti in gloria.*
℟. *Lætabúntur in cubilibus suis.*

MAGNIFICAT (pag. 20)

---

# Ama Birjiñaren

## besperak

---

Dixit Dominus, etc. (pag. 9)
Laudate, pueri, etc. (pag. 13)

Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, * in domun Dómini íbimus.

Stantes erant pedes nostri, * in atriis tuis, Jerusalem.

Jerusalem, quæ ædificátur ut cívitas,*cujus participatio ejus in idípsum.

Illuc enim ascendérunt tribus, tribus Dómíni, * testimónium Isræ, ad confiténdum nómini Domini.

Quia illic sedérunt sedes in judício: * sedes super domum David.

Rogáte quæ ad pacem sunt Jerusa-

lem: * et abbundántia diligéntibus te.

Fiat pax in virtúte tua: * et abundántia in túrribus tuis.

Propter fratres meos; et próximos meos, * loquébar pacem de te.

Propter domum Dómini Dei nostri, quæsívi bona tibi.

Gloria Patri. etc.

Nisi Dominus ædificáverit domum, * in vanum laboravérunt qui ædificant eam.

Nisi Dóminus custodíerit civitátem, * frustra vígilat qui custódit eam.

Vanum est vobis ante lucem súrgere: * surgite postquam sedéritis, qui manducátis panen dolóris.

Cúm déderit dilectis snis somnum: * acce hæréditas Dómini, fílii merces, fructus ventris.

Sicut sagíttæ in manu poténtis, * ita fílii excussórum.

Beátus vir qui implévit desidérium suum ex ipsis: * non confundétur cum loquétur inimícis suis in porta.

Gloria Patri, etc.

Lauda, Jerusalem, etc, (pag. 32)

## HYMNUS

Ave maris stella,
Dei mater alma,
Atque semper Virgo,
Felix cœli porta.

Sumens illud Ave
Gabrielis ore,
Funda nos in pace
Mutans Hevæ nomen.

Solve vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.

Monstra te esse matrem
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus,
Tulit esse tuus.

Virgo singularis,
Inter omnes mitis,
Nos culpis solutos
Mites fac et castos.

Vitam præsta puram,
Iter para tutum,
Ut videntes Jesum
Semper collætemur.

Sit laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spiritui sancto
Tribus honor unus  Amen.

℣. *Dignare me laudare te, Virgo sacrata.*

℟. *Da mihi virtutem contra hostes tuos.*

MAGNIFICAT (pag. 20)

---

## Apostoloen besperak

Dixit Dóminus, etc. (pag. 9)
Laudáte, pueri, etc. (pag. 13)
Crédidi, propter, (pag. 31)

In converténdo Dóminus captivitatem Sion;* facti sumus sicut consoláti.

Tunc replétum est gáudio os nostrum * et lingua nostra exultatióne.

Tuuc dicent inter Gentes: * Magnificávit Dominus fácere cum eis.

Magnificávit Dóminus fácere nobiscum: * facti sumus lætántes.

Converte, Domine, captivitátem nostram: * sicut tórrens in Austro.

Qui séminant in lacrymis, * in exultatione metent.

Eúntes ibant et flébant, * mitténtes semina sua.

Veniéntes autem vénient cum exultatione, * portántes manípulos suos.

Gloria Patri, etc.

Dómine probásti me, ét cognovísti me: * tu cognovisti sessiónem meam, et resurrectiónem meam.

Intellexísti cogitatiónes meas de longe: * sémitam meam, et funículum meum investigásti.

Et omnes vias meas prævidisti: * quia non est sermo in língua mea.

Ecce Dómine, tu cognovísti ómnia novíssima et antíqua * tu formásti me, et posuísti super me manum tuam.

Mirábilis facta est sciéntia tua ex me: * confortáta est, et non pótero ad eam.

Quo ibo a spíritu tuo? * et quo a fácie tua fúgiam?

Si ascendéro in cœlum, tu illic es: * si descendéro in inférnum, ades.

Si súmpsero pennas meas dilúculo, * et habitávero in extrémis maris:

Etenim illuc manus tua dedúcet me: * et tenébit me déxtera tua.

Et dixi: Férsitan tenebræ conculcábunt me: * et nox illuminátio mea in delíciis meis.

Qui ténebræ non obscurabúntur a te,—et nox sicut dies illuminábitur: * sicut ténebræ ejus, ita et lumen ejus.

Quia tu possedisti renes meos: * suscepísti me de útero matris meæ.

Confitébor tibi quia terribíliter magnificátus es:—mirabília ópera tua, * et ánima mea cognóscit nimis.

Non est occultátum os meum a te, quod fecísti in ocúlto: * et substantia mea in inferióribus terræ.

Imperféctum meum vidérunt óculi tui,—et in libro tuo omnes scribéntur: * dies formabúntur, et nemo in eis.

Mihi autem nimis honorificáti sunt amíci tui, Deus: * nimis confortátus est principátus eórum.

Dinumerábo eos, et super arénam

multiplicábuntur: * exurréxi et adhuc sum tecum.

Si occíderis, Deus, peccatóres:* viri sánguinum, declináte a me.

Quia dícitis in cogitatióne; * accípient in vanitéte civitátes tuas.

Nonne qui odérunt te, Domine, odéram: * et super inimícos tuos tabescébam?

Perfécto ódio óderam illos: * et inimíci facti sunt mihi.

Proba me; Deus, et scito cor meum: * intérroga me, et cognóce sémitas meas.

Et vide, si via iniquitátis in me est: * et deduc me in via æterna.

Gloria Patri, etc.

## HYMNUS

Exultet orbis gáudiis,
Cœlum resóltet láudibus
Apostolórum glóriam
Tellus et astra cóncinunt.

Vos sæculorum Júdices,
Et vera mundi lúmina,
Votis precámur córdium:
Audíte voces súpplicum.

Qui templa cæeli cláuditis,
Serásque verbo sólvitis,
Nos a reátur nóxios
Solvi juvéte, quæsumus.

Præcépta quorum prótinus
Languor salúsque séntiunt;
Sanáte mentes lánguidas:
Augéte nos virtútibus.

Ut, cum redibit Arbiter
In fine Christus sæculi,
Nos sempitérni gáudii
Concédat esse cómpotes.

Patri, simúlque Filio,
Tibíque, sancte Spíritus,
Sicut fuit, sit júgiter
Sæculum per omne glória. Amen.

℣. *In ómnem terram exivit sonus eórum.*

℞. *Et in fines orbis terrœ verba eorum.*

MAGNIFICAT (pag. 20)

## Salve

Salve, Regina, Mater misericordiæ, vita dulcédo, et spes nostra, salve. Ad te clamámus, éxsules, fílii Hevæ. Ad te suspiramus, geméntes et flentes in hac lacrimárun valle. Eia ergo, advocata nostra, illos tuos misericordes óculos ad nos convérte. Et Jesum benedíctum fructum ventris tui, nobis post hoc exsílium osténde. O clemens, o pía, o dulcis Virgo María.

℣. Ora pro nobis, sancta Dei Génitrix.

℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

---

## Te Deum

De Déum laudámus: te * Dóminum confítemur.

Te ætérnum Pátrem * ómnis térra veneratur.

Tíbi ómnes Angeli, * tíbi Cœli et univérsæ Potestátes.

Tibi Chérubim et Séraphim * imcessábili voce proclámant:

Sanctus Sanctus Sanctus*Dóminus Deus Sábaoth.
Pleni sunt cœli et terra * majestátis glóriæ tuæ.
Te gloriósus* Apostolorum chorus.
Te Propetarum*laudábilis númerus.
Te Mártyrum candidátus * laudat exércitus.
Te per orbem terrárum * sancta confitetur Ecclésia.
Patrem * immensæ majestátis.
Venerándum tuum verum * et unicum Fílium.
Sanctum quoque * Paráclitum Spíritum.
Tu Rex glóriæ, * Christe.
Tu Patris * sempitérnus es Fílius.
Tu ad liberándum susceptúrus hominem:*non horruísti Vírginis úterum.
Tu, devícto mortis acúleo, * aperuisti credentibus regna cœlórum.
Tu ad dexteram Dei sedes, * in glória Patris.
Judex créderis * esse ventúrus.
Te ergo quæsumus, tuis fámulis súbveni: * quos pretióso sánguine redemísti.

Ætérna fac cum Sanctis tuis * in gloria numerári.

Salvum fac pópulum tuum, Dómine, * et bénedic hereditáti tuæ.

Et rege eos, * et extólle illos usque in ætérnum.

Per síngulos dies * bénedicimus te:

Et laudámus nomen tuum in sæculum * et in sæculum sæculi.

Dignáre, Dómine, die isto * sine peccáto nos custodíre.

Miserére nostri, Dómine * miserere nostri.

Fiat misericórdia tua, Dómine super nos * quemadmodun speravimus in te.

In te Dómine speravi: * non confundar in ætérnum.

℣. Benedicámus. . .
℟. Laudémus et superéxaltémus eum in sæcula.
℣. Benedíctus es. . .
℟. Et laudábilis, et gloriósus, et superexaltátus in sæcula.
℣. Dómine exáudi. . .
℟. Et clámor méus ad te véniat.
℣. Dóminus... ℟. Et cum spíritu túo.
℟. Amen.

## Sacris solemniis

Sacris solemniis juncta sint gáudia,
Et ex præcórdiis sonent præconia;
Recédant vétera, nova sint ómnia,
Corda, veces et opera.

Noctis recólitur coena novissima,
Qua Chistus créditur agnum, et ázyma
Dedísse frátribus juxta legitima
Priscis indulta Pátribus.

Post agnum typicum, expletis épulis
Corpus Dominicum dátum discípulis,
Sic totum ómnibus quod totum singulis
Ejus fatemur mánibus.

Dédit fragilibus córporis ferculum
Dedid et trístibus sánguinis póculum,
Dicens: Accípite quod trado vásculum
Omnes ex eo bíbite.

Sic sacrificium istud instituit,
Cujus offícium commiti vóluit,
Solis Presbyteris, quibus sic cóngruit,
Ut sumant, et dent cœteris.

Panis Angelicus fit pánis hóminum,
Dat panis cœlicus figúris terminum:

O res mirabilis, mandúcat Dominum
Pauper servus et húmilis.

Te trina Déitas únaque poscimus,
Sic nos tu visita, sicut te cólimus:
Per tuas sémitas duc nos quo tendimus
Ad lucem, quam inhábitas. Amen.

---

## O salutaris

O salutaris Hóstia
Quæ cœli pandis óstium,
Bella premunt hostília,
Da robur, fer auxílium.

Uni trinóque Dómino
Sit sempitérna glória
Qui vitam sine término
Novis donet in pátria. Amen.

---

## O quam suavis

O quam suavis est Domine spiritus túus, qui, ut dulcédinem túam in fílios

demonstráres, répies pane suavíssimo de cœlo præstito, esuriéntes bónis, fastidiósos dívites dimíttens inánes.

---

## O sacrum convivium

O sácrum convívium in quo Christus súmitur; recólitur memória passiónis éjus: mens impletur grátia: et futuræ glóriæ nóbis pignus dátur. Alleluia.

---

## Alleluia, Psallite

Alleluia.
Psallite Deo nostro, psallite. Alleluia.
Psallite Regi nostro, psallite. Alleluia.
Alleluia.

Alleluia.
Quoniam Rex omnis teræ Deus. Alleluia.
Psallite sapienter. Alleluia. Alleluia.

Alleluia.
Jubilate Deo omnis terra. Alleluia.
Exsultate, psallite. Alleluia. Alleluia.

Alleluia.
Quoniam in æternum. Alleluia.
Misericordia ejus. Alleluia. Alleluia.

---

## O quam amabilis

1.° O quam amabilis es
bone Jesu, o dulcis Jesu!
Quam delectabilis es
pie Jesu!

*O cordis jubilum mentis solatium.*
*O bone Jesu! O bone Jesu!*

2.° Quam admirabilis es,
bone Jesu, o dulcis Jesu!
quam honorabilis es
pie Jesu!

*O cordis. . . .*

3.° Quam venerabilis es,
bone Jesu, o dulcis Jesu!
semper laudabilis es
pie Jesu!

*O cordis. . . .*

## Anima Christi

Anima Christi, sanctifica me
Corpus Christi, salva me
Sanguis Christi, inebria me
Agua lateris Christi lava me
Passio Christi, conforta me
O bone Jesu exaudime
Intra tua vulnera absconde me
Ne permittas me separari a Te
Ab hoste maligno defende me
In hora mortis meæ voca me
Et jube me'ire ad Te
Ut cum sanctis tuis landem Te
In sæcula sæculorum. Amen.

---

## Adóro te devóte

Adóro te devóte, latens Déitas,
Quæ sub his figúris vére látitas:
Tibi se cor meum totum súbjicit,
Quia, te contemplas, totum déficit.

Visus, tactus, gustus in te fállitur,
Sed auditu solo tuto créditur:

Credo quidquid dixit Dei Fílius,
Nil hoc verbo Veritátis vérius·

In cruce latébat sola Déitas
At hic latet simul et humánitas:
Ambo tamen credens, adque cónfitens
Peto quod petivit latro pœnitens.

Plagas, sicut Thomas, non intúeor
Deum tamen meum te confiteor:
Fac me tibi sempermagis crédere,
In te spem habére, te diligere.

O memoriále mortis Dómini,
Panis vivus vitam præstans hómini,
Præsta meæ menti de te vívere,
Et te illi semper dulce sápere.

Pie pellicáne, Jesu Dómine,
Me immúndum munda tuo sánguine:
Cujus una stilla salvum fácere
Totum mundum quit ab omni scélere.

Jesu, quem velátum nunc aspício.
Oro fiat illud, quod tam sítio:
Ut, te reveláta cernens fácie,
Visu sim beátus tuæ gloriæ. Amen.

## Ave verum

Ave, verum Corpus natum de María Vírgine;

Vere passum, immolátum in cruce pro hómine:

Cujus latus perforátum fluxit aqua et sánguine.

Esto nobis prægustatum mortis in exánime.

O Jesu dulcis ! O Jesu pie !

O Jesu, Fili Mariæ, Tu nobis miserére. Amen.



# Euskerazko abestiak

---

*Ogi zerutik etoŕiya*
*Zu zera gure poz guztiya.*

Bildots santua
Ara emen,
Munduko gaitzak
Kentzeaŕen,
Sagrariyoan
Non dagoen,
Luŕa zeruaz
Bat egiten.

Gauza guzien
Egillea,
Zeru ta luŕen
Eŕegea,
Gure aŕtean
Bizitzea ¡
Zer zoriona
Dan gurea !

Misteriorik
Aundiena,
Jaungoikoaren
Oroimena,
Gozotasunik
Gozoena,
Gizonentzako
Dagoena.

Etzaitut begiz
Nik ikusten,
Baña bai fedez
Det sinisten
Sakramentuan
Nola zauden ¡
Jesus laztana
Gu maitatzen !

---

*Izan zaitez beti*
*Jesus maitea,*
*Gure biotzaren*
*Jaun ta Jabea.*

Jesusen Biotza
Dago suturik
Maitasuna agertzen
Alde guzitik.

Bere biotzean
Danok arturik
Geratzen da Jauna
Pozez beterik.

¿Nun arkituko da
Biotz gogoŕik.
Biotz onen suban
Urtuko ez danik ?

O Jesus maitea!
Artu bai pozik
Guztion biotzak
Betiko gaurtik.

---

*Jauna, nere biotzak*
*Deitzen zaitu,*
*Atozkit bada laister*
*Ene Jesus.*

Intzik ez dutenean
Loretxoak
Laister gelditzen dira
Igartuak;
Ni ere ilko ninduke
Zu'gabeak,

Neregandik ba-zaitut
Ain uŕuti
Ezin nitekelako
Luŕan bizi
Zure zai gau ta egun
Nago beti.

Artzai on maitagaŕi
Zeran Jesus
Zure artalde ortan
Ar nazazu,
Alkar bizi gaitezen
Ni eta Zu.

---

*Sakramentuan gorderik*
*Zaude nere Jesus ona*
*Zeru luŕen zoriona*
*Maitagaŕi neretzat*

Nere biotz gaixoa ta
Nik dezakedan guztia!
Ay Jesus maitagaŕia!
Izan bedi Zuretzat.

¡Ay! ze poza, Jesus ona,
Zu zeruan ikustea
Ta Zu maite izatea,
Maite maite betiko.

---

*Oŕ zaude Jesus*
*Aldarean*
*Gorde nai zaitut*
*Biotzean.*

Zeruetako Jaun aundia,
Egiñik gure janaria;
O maitetasun ugaria
Gizonarentzat geyegia.

Ontasun danen ituŕia,
Iltzeko gure egaŕia,
O eskutapen pozgaŕia,
Zeru ta luŕen miraria.

Ondo gabeko itxasoa,
Zerutik jetxi zeran sua,
O maitetasun ain osua,
Animarentzat txit gozua.

---

Goratu dezagun alkar arturik
Gure Jaun laztana,
Kristo Eroslea Ostia'n dagoena
Guŕtu zagun apal auzpezturik,

Gora ta gora Jesus
Zeru ta lur̃en Jaun eta Jabea
Oyu alaiak zuri, orain ta beti
Maitasuna zuri, Jaun maite.

Ogiyen antzpian Jainko aundia
Janari egiñik
Ostia'n dago gaxoen sendakiya
Otoitz bada, otoitz biotzetik
Gora ta gora, etc.

---

Salve, Regina cœlitum, O Maria ¡
Interra spes viventium, O Maria ¡

Jubilate, Cherubim,
Exsultate, Seraphim,
Consolate perpetim:
Salve, Salve, Salve Regina.

Mater miserikordiæ, O Maria ¡
Dulcis parens clementiæ, O Maria !

Jubilate...

Tu vitæ lux fons gratiae, O Maria !
Causa nostrae laetitiae, O Maria !

Jubilate...

Spes nostra, salve, Domina. O Maria !
Exstingue nostra crimina, O Maria !

Jubilate...

Salve, mater misericórdiæ,
Mater Dei, et mater véniæ.
Mater spei, et mater grátiæ,
Mater plena sanctæ laetítiæ,
O Maria!

Salve, decus humáni géneris:
Salve, Virgo dígnior cæteris:
Quæ vírgines omnes transgréderis,
Et áltius sedes in súperis,
O María!

---

Tota púlchra es, o Maria, tota púchra es
Et mácula non est in te,
Quam speciosa, quam suávis in delíciis
Concéptio illibata.

*Veni, veni de Líbano,*
*Veni, veni coronáberis.*

Tu progréderis ut auróra rútilans,
Affers gáudia salútis,
Per te órtus est Christus Deus, sol justítiæ,
O fúlgida porte lucis.

*Veni, veni. . .*

Sicut lílium inter spinas: inter fílias
Sic tu, Virgo benedicta.
Túum refulget vestiméntum ut nix cándidum
Sicut sol fácies tua,

*Veni, veni. . .*

O Sanctíssima, o puríssima,
Dulcis Virgo María,
Mater amáta, intemeráta,
Ora, ora pro nobis.

Tu solátium, et refúgium,
Virgo Mater, María;
Quidquid optámus, perte sperámus:
Ora, ora pro nobis.

---

Tota púlchra es Maria. = Tota pulchra es Maria.=Et mácula originális non est in te. = Et mácula originális non es in te. = Tu gloria Jerusalem.=Tu lætitia Isræl.=Tu honorificentia pópuli nóstri.=Tu advocáta peccatorum.= O María.=O María.=Virgo prudentíssima. = Mater clementíssima.=Ora pro nóbis.=Intercéde pro nóbis ad Dóminum Jésum Chrístum.

---

Nere Ama
Txit laztana
Ni zuretzat arnazu
Amparatu
Ta gidatu
Zeruratu nazazu.

Goyetako izar argi
Lausorikan gabia,
Sortu ziñan momentutik
Jaunak doaiz betia.

Amorio edeŕaren
Ama maite gozua
Esperantza Zugan daukat
Konfiantza osua.

Negaŕezko erbestean
Asko gaude sufritzen
Gure malko samintzuak
Asi zaite legortzen.

Nai badezu, dio Amak
Jesusekin bat bizi,
Pekaturako bideak
Bene-benetan utzi.

---

Zeruko Ama, izar argia
Zugana gatoz poz pozik
Gure biotzak artu itzatzu
Zaitu gaitzatzu zerutik.

Oroitu zaitez Ama on-ona
Iñoiz ere ezan ez dala
Zuri deituta laguntza gabe
Iñortxo utzi dezula.

---

*Pozez beterik katatzen gaude*
*Gaur zure soŕtze garbia,*
*Artu gaitzatzu gero zerura*
*¡ Oh Ama maite Maria !*

Zeñ eder Jaunak egiñ zaituan
Mirari danen mirari,
Sortzetik garbi, graziz betea,
Zeru ta luŕen pozgaŕi
Ara zeruak, baita munduak
Ai dirade gaur kantari
«Bedeinkazio eta gloria
Jaungoikoaren Amari.»

Amabi izar edeŕek dute
Apaintzen zure burua,
Jainkoak egiñ dizu oiekiñ
Eŕegiñaren korua:
Bada sortzetik bete diozu
Ainbeste bere gogua,
Nun utzi dizun zure eskuan
Oso osorik zerua.

Antziñetatik sortu baño len
Zeunden Jaunarén goguan,
Sortzean beŕiz zuri begira
Pozez zoratzen zeguan:
Bada ordutik alegiñ guztiz
Bera maitatu zenduan,
Aŕen ! iguzu guri grazia
Zu ikusteko zeruan.

---

*Salve eŕu gabeko*
*Birjiña Maria*
*Salbe, zeruko izar*
*Lausorik gabea.*

Guztiz zera edeŕa
Zenduan aditu
Jaunagandik mundura
Ziñanean sortu
Ez da bada eŕurik
Kuregan arkitu
Adanen pekatuan
Etzera kutzutu
Bertatik eguzkian
Zinduan apaindu
Illargia oñetan
Zitzaizun prestatu
Zure burua izaŕak
Zuten koroatu
Zeru luŕeko galak
Zugan ziran bildu.

---

*Goazen, goazen guztiok*
*Birjiña Ama gana*
*Eskeintzera biotzez*
*Loretxo eder bana.*

Lore mota guztiak
Luŕaren gañean
Zure antzekoak dira
Edertasunean.

Parerik ez dezula
Garbitasunean
Lirio edeŕak dio
Arantza tartean.

Jainkoaren amorez
Zerala urtutzen
Aŕos goŕi-txuriak
Digute esaten.

Klabeliñ piñak dio
Usai gozoakiñ
Zuk maite gaituzula
Biotz osoakiñ.

Agur Jesusen Ama Birjiña maitea
Agur itxazoko izar diztiatzallea
Agur zeruko eguzki pozkidaz betea
Agur pekatarien kaya ta estalpea.

Agur gizonen Ama Zeruko Eŕegiña
Ama oso txit maite amorezko piña!
Zugandik juatea gauza da samiña,
Agur nere biotzeko poza eta atzegiña.

Agur gure poza ta atzegin guztia
Atzekabe danetan gozakai eztia
Agur Birjiña eder txit zoragaŕia
Arzazu biotza ta torizu bizia.

Bañan zugandik alde biotzak eziñ du
Zuregana dijoa zugan bizi nai du
Birjiñ paregabea, bedeinka nazazu:
Agur, Ama nerea, agur, agur, agur.

*Zugandik uŕuti zait iltzea atozkit Jesus laztana.*

Basauntza juaten dan eran
ituŕira
Arin zuk egizu egan
Jesusgana.

Eldu Jesus onaren
biotzera
Kentzeko maitasunaren
egaŕia.

Zuregandik netzat dator
zoriona
Biok bat egiten gera
¡ Jesus ona !

---

†

## Jesukristo gure Jaunaren Kalbarioko bidean

1

Jaungoiko aundiaren
Seme Jaungoikoa
Pilatos'en agintez
Iltzera dijoa;
¡ Eta nik beŕituaz
Nere pekatua
Beŕitzen det Jesus'ek
Daukan tormetua !

2

Sorbaldan dualarik
Bere gurutzea
Jesus'ek Artutzen du
Golgota bidea.
¿ Ez aldagokit neri
Oŕi jaŕaitzea,
Nere bide okeŕak
Gaurtik zuzentzea ?

3

Gurutze aztunaz da
Jesus luŕeratzen,
Luŕetikan zerura
Gu jasotzeaŕen;
¿ Eta bertatik ez det
Nere griña txaŕen
Bide guztiz galdua
Utziko lenbait-len ?

4

Eŕomatar soldadu
Ta judu artean,
Amak arkitutzen du
Kaŕika batean;
¡ Eta nik samintasun
Ainbaten artean,
Zaitut, Maria, jartzen
Pekatu egitean !

5

Simon Zirenekoa
Zaio lagun eman,
Bildur dira aldapak
Leenegi il dezan;
¡ Oh zer gogortasuna
Jesusekin dedan,
Nere ordez josirik
Ikusi naiean !

6

Beronikak garbitu
Zion arpegia;
Salbatzalleak dio
Utzi ezaŕia;
Egin beza nerekin
Arekin adiña,
Biotzean utzirik
Bere antzezkia.

7

Zeruen Eŕegea
Beŕiro luŕera,
Pekatuaren pixus
Emen erortzen da;
¿ Eta ni beti nabil
Gaitzerik gaitzera,
Saiatu ere gabe
Damuz altxatzera ?

8

Jerusalen'go alabak
Ez nizaz negaŕik,
Bai zuen gañ datozen
Zorigaitzak gatik;
Au badio Jesus'ek
Jerusalengandik,
Nola ez naiz esnatzen
Nere lo zoŕotik ?

9

Irugaŕen aldiyan
Emen luŕa jo du,
¡ Badute nere kulpak
Oŕenbeste pixu !
Salbatzallea ziñez
Jaso nai badezu,
Zure utzegiteaz
Damu bear dezu.

10

Zerua eta luŕa
Dituena jazten,
Eŕukirikan gabe
Dute erantzitzen;
¿ Eta nik griña txaŕak
Ez ditut utzitzen ?
¿ Au ikusiarekin
Ez naiz damuz iltzen?

11

Ezuŕak askaturik
Beren giltzetatik,
Zintzilik agiri da
Iru iltzetatik;
¿ Eta ez det josiko
Nik nere biotzik
Alde egin ez dezan
Jesus'en ondotik ?

12

Illunik eguzkiak
Ta luŕa dardaraz,
Bizitzaren jabea
Iltzen ikuzteaz;
¿ Ez naiz bear aŕitu
Ni ez biguntzeaz,
Aŕiak lerturikan
Ni ez lertutzeaz ?

13

Mariak magalean
Dauka gorputz illa
Saŕitan laztanduaz
Aren arpegia;
¡Nik det il Seme Jesus
Nik det il Maria!
Bañan damu naiz
Ama Martiria.

14

Magaletik Amari
Kendutzen diote,
Usaiz likurtaturik
Obiratzen dute;
Eraman du Mariak
Zenbaitxo naigabe
Ez ni uzteagatik
Zerurikan gabe.